

Omnia subiecti sub pedibus ejus; oves et boves universas, insuper et pecora campi.

Benedictus Adam, Noe, Abraham, Domino; omnes Patriarche, omnes sancti, benedicte Domino.

Hoc placuit Deo; et translatus est in paradisum, ut det gentibus peccantiam.

Noe inventus est justus et perfectus; hinc in tempore iracundie, factus est reconciliatio.

Misericordiam et iudicium cantabo tibi, Domine: qui terribilis es super peccantes filios Ade.

Diluvio perdidisti peccatores: Noe justus per arcam enatavit, et factus est novi mundi parens.

Testamenta sancta posita sunt apud illum, ne deleri possit diluvio omnis caro.

Vide iridem, et benedic eum qui fecit illam; validè enim speciosa est in splendore suo.

Nemrod et Meropos Babel superbham turrim moliti sunt; in colum voluerunt condescere.

Irrisit eos Deus, et divisit linguis eorum; ut subsannantes invicem, dispergerentur in omnes regiones terrae.

Abraham ex Ur vocatus a Deo obedivit, exiens in locum quem accepturus erat, et nesciebat quid ibet.

In terra Chanaan moratus est, tanquam in aliena; in casulis habitando cum Isaiae et Jacob.

Expectabat enim fundamenta habentem civitatem, cuius artifex et conditor est Deus.

Hinc factus est pater multarum gentium; et non est inventus similis illi in gloria.

Qui conservavit legem Excelsi; et fuit in testamento cum illo.

Percussit quatuor reges; decimas dedit Melchisedech.

Hic obtulit panem et vinum, in typum Christi, qui est sacerdos in eternum, secundum ordinem Melchisedechis.

In carne Abrasace stare fecit Deus pactum circumciditionis; et in tentatione inventus est fidelis.

Obulit Isaac unigenitum suum, arbitraris quia et a mortuis suscitare potens est Deus.

Judica, Domine, nocentes et scelestos; perde execrabilis Sodomitas.

Pluit Deus ignem et sulphur in Pentapolim; consum-

psit impios usque ad pecus; solus Lot justus, fugiens servatus est.

Dilectus Deo et hominibus Isaac; factus obediens usque ad mortem.

Patru jugulum fortiter obtulit; hinc benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus.

Jacob justus fugit iram Esai; deduxit illum Dominus per vias rectas.

Ostendit illi regnum Dei in Bethel; dedit illi scientiam sanctorum.

In fraude Laban circumveniens affuit illi; et honestum divitiaeque fecit eum.

Quām bonus Israel Deus his recto sunt corde!

Certamen forte dedit illi; ut vinceret; idē dedit et divisit illi hereditatem in tribubus duodecim.

Hic sunt viri misericordie, quorum pietatis non defuerunt; facti sunt exempli seculorum omnium.

Cum semine eorum permanent bona; semen eorum et gloria eorum non derelinqueretur.

Joseph justus, a fratribus venditus est; sed astitit ei Deus, et a peccatoribus liberavit eum.

Descendit cum illo in foveam; et in vinculis non deflexit eum.

Donec afferret illi sceptrum regni, et potentiam adversus eos, qui eum deprimebant.

Mendaces ostendit, qui maculaverunt eum; dedit illi claritatem aeternam.

Quia prae hera herum et Deum dilexit; benedictio collum aeternorum facte sunt in capite Joseph Nazarei.

Jacob moriens singulis filiorum benedixit; preannuntiavit eis ventura in diobus novissimis.

Confitemini Domino, quoniam bonus; quoniam in seculum misericordia ejus.

Timete Dominum, omnes sancti ejus, quoniam nihil deest timentibus eum.

Fecit eis magna qui potens est; et sanctum nomen ejus.

Et misericordia ejus a progenie in progenies, diligitibus eum.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto; sicut erat in principio, et nunc et semper, et in seculo seculorum. Amen.

## CALMETI VITA.

CALMETUS (Augustinus) ordinis SS. Benedicti presbyter, congregationis SS. Vitoni ac Hydulphi sodalis, in viculo Lotharingie gallicè dicto Mésnil-la-Horgne natus, anno Christi 1672, linguis orientalibus ediscendis peridoneo prematur visus est. Junioribus sodalitati primū prepositus, ut philosophiam theologiaque ex cathedra doceret, hanc multò post Monasteriensem abbatiam petiit, ubi viceprior munere dum fungenter, academiam instituit octo decemvate confidatam Religiosis, quibus omne pensum erat Biblia sacra studiis evolvere penitusque rimari. Tunc enata incola Calmeti commentaria, ab eo scilicet qui totius academia investigationes consilii direxit, stylo concinnavit, divitis propriis auxit et congruo ordine dispersitus est. Quæ, inopportuni studentibus Mabillonio percelebrique Doguetio, gallica lingua primū prodierunt; ne verò tanti operis utilitate fraudata maneret pars clericorum maxima, Joannes Dominicus Mansi, Calmeti coetaneus, ordinis Clericorum regularium Matris Dei, posteaque Licensis archiepiscopus, non solum huc commentaria, sed etiam ceteras ejusdem lucubrationes litteris latinis tradentes suscepit, et, si quandam fortè velorum negligentiam excipiā, expedit feliciter.

Calmetus modestus non minus quam doctrina ornamento insignis exitit, et licet labor improbus, ingenii nativa fecunditas, pietatis solidis morumque comitis eximia celissimis cum honoribus dignum redderent, agrebat patiebatur se à vulgo distinguiri. Quin etiam Benedicto XIII episcopatum in partibus non semel offerenti toties restitut, ne quid supra conventus humilitatem acceptissimè crederetur. Verum Benedictini societas scriptoris qui de religione simul et de sodalibus tam bene meritus erat, labores remuneratura, cum S. Leopoldi à Nancio primum et postea Senonii abbatem constituit.

Præter commentator in Scripturam sacram multa Calmetus opera vulgaverat; præcipus dumtaxat juvū hic describeret: 1<sup>a</sup> Historia veteris novique Testamenti, 2<sup>a</sup> vel 4 vol. in 4<sup>a</sup>; eadem, 5 vel 7 vol in 12: eximium opus gallico sermone redactum, in quo mira scripture renitet simplicitas; mendis scatet editio Parisina in 12 anni 1723. 2<sup>a</sup> Dictionarium sacrum historico-chronologico-criticum, Parisin 1750, 4 vol. in 4<sup>a</sup>, cui prefixa tabula picta ac bibliotheca sacra, et in quo, quæ per omnia librorum commentatoria sparserat, methodo alphabetico in modum vocabularii digesta reperiuntur. Prodiit iterum Tolosa 1783, 6 vol. in 8<sup>a</sup> accurate Laurentio Rondet, cui plurima nec tenuis momenti additamenta debentur. Ex immensi autem voluminum qua pertinet Calmetus collectione, nihil, consensu omnium, utilius, neque usu veniens frequenter, quām *Dissertationes et commentatorum Prolegomena*, quæ seorsim typis multoties adornata sunt, 5 vol. in 4<sup>a</sup>. In his enim auctor noster stam omnem antiquitatem sacra linguarumque orientalium peritum collegisse, et, ut ita dicam, condensasse videtur. Cum verò cuncte questions ibi ventilatae non aquē momentose sint, cum præterea nonnulla alibi et quandoque melius pertractatae dentur, præcipias dumtaxat elegimus, quæ suo quaque loco venient, prout decurrit librorum sacramorum series.

Calmetus obiit in abbatiā Senonensi, anno 1757, aetatis octagesimo quinto. Ipse sibi epitaphium hocce texerat :

*Frater Augustinus Calmet,  
Natus Gallus, religione catholico-romanus,  
Professione monachus, nomine abbas,  
Multum legit, scripsit, oravit;  
Utinam bene!*

## IN PENTATEUCHUM, ATQUE IN GENESIM POTISSIMUM, Dissertatio.

Pentatechi opus Moysi auctori deputandum esse, post tot luculentis in idem argumentum scriptas lucubrationes, frustra prorsis à nobis impräsentiarum demonstratur. Post diuturnam sane ultra 5000 annorum possessionem, nemo in Moysen litigator admittitur, nisi juris sui non dubia tantum et ambigua, sed evidens planè et perspicua documenta protulit. Nec aliud quidem, quām aptera veritatis vis contra vetustum ad eo Moysis ius, cui Christi, Apostolorum et universa Ecclesie consensus suffragatur, prævaleret.

Quæ autem à recentioribus incredulis promuntur argumenta, multò illa à perspicuitate longissime absunt. Quodam, inquit illi, in Pentateuchō occurrit, quæ Moyses scriptis mandare non potuit. Ultra fatemur; illi enim, qui operis recensendi sibi curam assumperunt, nonnulla addere, expungere quedam visum est. Hisdem etiam auctoriis quedam in compendium redacta videntur; sicut et quandoque narrationem et orationem series intermititur; quod quidem de industria potius factum, quām casu vel amnus lapsus contiguisse appareat. Historiæ Lamech

alia videtur nostrâ stâte, ac à Moyse scripta prodiere; prius enim narrasse sacer Historicus crediur ea, quorum occasione verba illa Lamech ad uxores prolatæ sunt: *Dixitque Lamech uxoris suis, Adæ et Selæ: Audite vocem meam, uxores Lamech; auscultate sermonem meum, quoniam occidi virum in vulnus meum, et adolescentulum in livorem meum. Septuplum ultio dabitur de Cain, de Lamech verò septuagies.* Gen. 4, 25.

Ita post Moysen adjecta videntur illa (Gen. 12, 6): *Chauaneus autem tunc erat interdū. Quedam etiam in Exodo sunt loca, ubi aliqua in textu hebreo desiderari suspicamur. Ita Moyses (Exod. 11, 8) accephala oratione, uti quidem apparet, Pharaonem alloquitur; Samaritanus ibidem defectum Hebrai facili supplet. In eodem Samaritano non modice additiones in cap. 20, 17, 19, leguntur, frusta in Hebreo requirendæ; sicut et variae etiam in sequentibus libris, et in ipso Deuteronomio plures resultant. Ex hisce variantibus inter levia aliquæ, quedam etiam majoris momenti exhibentur; adeo autem illa cum tota textus serie plerisque colligantur, ut vix aliena manus in textu irrepsisse persuadearum. Fragmentum libri Bellorum*

Dominii (Num. 21, 14), alterius planè à Moyse auctoris, quemadmodum et initium Deuteronomi, videatur.

Occurrunt etiam in eodem Deuteronomio parerga quendam ab alienâ manu, quantum assequimur, operi adjecta, ut dám crebrò certus quorundam locorum situs (Deut. 4 et 5, 8, 41, 50) trans Jordane designatur; que nomini auctor cis annem scribens animadvertisset. Que etiam de lecto Og referuntur, qui nempe etiam Scriptoris estate adhuc in Ramathâ monstratur; de urbibus Sair (Num. 52, 41, Deut. 5, 14) quod illi nomen diu post Moysen inditum est, omnia sanè hac recentiori manu obstericente agente in textum irreverserunt. Sed hec planè additamente rara sunt, et leviori momenti, ab iis, qui opus Mosaicum recensuerunt, apposita, non eo consilio, ut incertis lectoribus singula tanquam ab ipso Meye scripta obtrudcentur. Ita, e.g., ad calcem Deuteronomii historia obitus Moysis recitat, quam sanè ipsum Moysen per se non adoransse satis constat (1). Porrò, si quis dolo aliquo malo opus illud sub Moysis nomine obtuleret voluisse; illene consilio suo incetus adeò prodidisset, ut ea quae pos Moysen contingent, operi inserens, fraudem suam proderet? Qui tantum valuerit ingenio, ut Pentateuchum procederet, ille sanè errori tam crasso impar fuisse. Quid, quid integræ fidei vir, præter Moysen nemo, hac atque ita scribere nonnullis in animu induxit. Quare suos exhibet genuini operis characteres Pentateuchs, cùm nec impostorem aliquem, nec virum integram fidem alium a Moysे ferat auctorem. Fraus nimis in aperto est, quād ut impostorem arguit, in virtute integræ fidei fraudem suspicari non decet. Solus igitur Moyses, divino Spiritu afflatus, certus hujus operis scriptor habendum est.

Oe planè tempore natus est in Egypto Moyses, cùm in universo regionem collatis à Patriarchâ Josepho beneficis è regum Egypti memoria deleatis, Israelitas in immensus penè auctos, metu ne quid novi molirentur, arctissima servitutis, atque dorissima tyramnidis jugo ipsi reges oppresserant. Lato enim edito, obstetrices omnes Israelitarum mares mox à partu exceptos perirem jussæ sunt. Ut igitur Moyses à communis exterorum infantum fati extinxeretur, sedulâ parentum cautione aliquandiu celatus est; deinde viminæ in cista conditus, et Nili fluente expositus, cura Providentia relictus est. Ibi filia regis Egypti eas puerum nacta, entriedum sibi atque omnibus Egyptiorum litteris instrundens curavit. Successus temporis, intimo Dei instinctu deductus Moyses, fratribus suis ab Egyptiis oppressis suppetas ferre conatus est; sed suis beneficis pessimè à populo repensis, coactus in Arabiæ secedere, ibi cum filiâ sacerdotis et principis Madiani conjugio copulatus. Per viuum autem à Deo in monte Sinâ monitus, ad nopalum suum

(1) Josephus Antiq. lib. 4, cap. 8, et Philo de Vit. Mos. lib. 5, autumrunt, ipsum per se Mosem obitus sui historiam propheticæ spiritu dictasse; sed solis fermè ea sententia stetit.

Pentateuchi auctor eo tempore operi suo laborsbat, quo Dei nominis cognitio, præter Judæos, ceteros

ab Aegyptiâ servitute ultra 80 annorum liberandum proficisca.

In Aegyptum igitur divina polles virtute se confitens, prodigiorum vi populorum suorum animis in se inclinatis, simul Pharaonis pervicacem animum fregit. Quare factum est, ut ab Aegypto Judæos educere, atque ilmeri obstantes manus undas prodigo diffundens, in adversam ripam pedestres deducere potuerit. Tum in desertum Sinâ secedens, exceptas ibi à Deo leges, deinde litteris mandatas, ad nos usque transmisit. Quod autem à terre promissionis aditum populus excluderetur, ejusque filii nonnisi post 40 annos ab egressu ex Aegypto cùd introducerentur, populi ejusdem obmurmantis crimine in causa fuit. Toto en quadrangula amorpho spatio Moyses ab immorigerò pervicacique populo multum et querelarum, et oblocutionum, et injuriarum sustinuit; quā ipse vicissim et invicta patientia, atque mira injurias condonandas faciliter rependi. Vixit omnis hypocrisis et ambitionis expers, cùd nullis dignitatis insignibus familiis relieti.

Sommo vir erat ingenio, qui prouide rudi populo facile pro suo arbitrio omni imponere (præter ea, quæ ipsi presentes aspercerant) potuisse; in iis maximè, quæ cum ipso tantum, remotis arbitris, Deus comunicabat. Ne tamen nisi vere doceret, fecit insitè probitatis atque genuini candoris virtus, cuius in omnibus gestis suis minimè fœcata documenta monstravit. Si humani aliquid passus est, silentio planè rem non obvolvit; quod etiam in referendis fratris sui atque sororis erroribus observat. Prodigia supra captum bonum in simplici stylo, ac veluti tranquillo vulnū desribit, ut hominū habitum non planè imponentis, neque grandia, decipiens incutis, jactitans exhibeat. Ipse de se, tanquam de alieno in sua narratione locutus videtur, vel si aliquando se prodat, ideam tamen exhibet hominis, veluti latere volentes; atque de se tanquam de alieno loquentis; bonus scilicet, et malis aquæ producti, absque eo quid eas capiet rationes quas superbie et hypocrisi amor suggerit, ut si quis habeat defectus, legemtum oblitibus abscondat. Nihil turbidum, equivocum nihil ejus oratio præ se fert; prœcul ambages omnes, atque de industria apposita parerge narrationi digressiones, quibus subtili scriptores aliquando lectores suos longè à veritate abducunt, quòd facilius falsa insinuare, atque mea cùm, facile aliqui in simplici et aperta narratione produdent, incutis supponere valeant. Porrò Moyses rectâ ad scopum contendit, ut si quid esset in ejus narratione falsum atque repugnans, statim sentiretur.

Ulòr quidem fatemur, in ejus narratione, plura extra suum locum et temporum seriem vagari; sed haec potissimum sunt genuini operis atque scriptoris certum indicium; quippe qui omnium oculis explorata ac comperta narrans, non eam sedulitatem rebus diligenter affert, quam auctor vel non synchronus, vel aliud quām veritatem præ oculis habens.

Pentateuchi auctor eo tempore operi suo laborsbat, quo Dei nominis cognitio, præter Judæos, ceteros

fides suam obligavit. Sacrificiorum atque ceremonialium occasions, historias ritusque omnes prossegitur; sicut vicissim Patrum eorum in Chaldaea idolatriam silentio præterit. Vetera oracula longâ recepta à Patribus traditione servata singula totidem planè verbis refert: ut ex historiâ oraculorum Jacobi ad obtutum documentis intelligimus. Quòd verò se omnibus exploratissima retulisse demonstrat, ad vetera sapè monumenta, vetera proverbia, et cantica præ vocat.

Illi veterum inter se gentium similitates, à sua descendente origine, describuntur; sic legenda Noemi in Chanaanis maledictio, que potius fuit ratio terram Israhelitum tradendi. Moabitum, Ammonitum et Philisteorum populi Dei nūquā non hostium, cœpunda; iura primoris natu Jacob asserita, cui ante et post ortum promissiones factæ, excluso Esau, narratur.

Omnia haec Eusebius, de libris Moysis agens (Prop. 1, 7, c. 9, et etiam cap. 7 et 8), latè confirmat: adhibit, sít, theologus atque legislator Judeorum religiosum populo sancte politiam, planè sanctam, non vulgari atque consuetâ prefatione intendit sibi esse censuit; sed pro excelsâ, quam sibi præscriperat, omnibus numeris absolute legis condenda idea, quam in suum succum convertere doctrinam, ex ipsi veteris theologia fontibus derivavit. Quare velut præfationes mox tradendæ legis in Genesim præstata, ab Auctore et Creatore rerum omnium visibilium et invisibilium opus illud suum auſpicatur. Hunc autem velut Legislatorem et Moderatorem, hunc Arbitrum Regemque universi viris coloribus pingens, potentia et suavitate temperata sapientia, veluti amplissimâ urbi, mundo jura dare atque universum quâ latit, quâ in alto pectore insculptis legibus regere describit.

Hebreorum theologia in ipso sui vestibulo (idem ibid., c. 11) potissimum virtutem, vel Autorem rerum omnium exhibet: exhibet, inquam, non subtilibus atque artificiosis argumentis, sed dogmaticâ planè ratione, atque auctoritate deducat. Divinitus enim afflatus legislator, Deum esse coeli terraque verbo tantum prolat, atque unice voluntatis potentissima nutu conditorem pronuntiat. Nec tamen illud tale tantumque Numen, id unquam committere Moyses animaverit, ut creaturas deserat, velut amantisimus pater, qui obitum suo orbatos filios, supersedit tamea providentia curat; ut ille quidem non creatoris tantum et artificis, sed deductoris etiam, moderatoris, principis et regis universi rationem et munus gerat. Hoc non in Moysi tantum species, virum nemp̄ coryphaeum et primum theologie hebreice auctorem: sed et in exercitu post ipsum omnibus, eodem Spiritu S. testro afflatis, quin et in exercitu ante illum viris veluti Abram, Melchisedech et Patriarchis, quos grandia de Deo ejusque providentia sensisse ex lectione Genesios intelligimus.

Porrò, si quis paulo diligenter consideret, nihil sed Moysis consilium contulisse magis animadverteret,

ut sub oculis populi, cui ipso iura dare legesque constituerat, grandia illa Patriarcharum gesta exhiberet. Quid enim conducidilis ad providentiam Creatoris adstrundam, quam Abrahami, Iacobii et Josephi gesta? Quid potentiam Dei commendat magis, quam creationis historia? Dei ultio justissima in diluvio et eversione Sodome exurit. Grandia verò grandioribus phrasibus exprimens, vividam rerum ideam excitat. Deus modo prolati verbis colloqua miscens, modo rebus agendis intentus, ad flagela modo, nunc ad premia manum extensis, vigili semper oculi punienda: injustitia, atque premio donandae aquitati excubans exhibetur. Justitiam legis Iudeica, veterum ante eamdem legem exemplis demonstrat; quippe qui maxima legis praecepta ante regam legem colerant. Religionis vetustatem ita commendat, ut stultam simul novitatem ceterarum tisca sagittig. Hoc plane consilium sequitur per totum opus regnans, atque felix plane calmo expressum, ipsissimum fuisse Moysis sub S. Spiritu duci et disciplinari consilium ac scopus, nullus dubito.

Moyses cum ceteris poetis et legislatoribus gentilium conferens Origenes, ipsum pra Lino, Museo, Orpheo, Pherecide ex easter exercit (L. 1 cont. Cels. pag. 15). Quid enim, ait, scripta virorum, quorum adeo sapientiam deminimam, ad Moysis scripta comparata, historie ad historias, narrationes ad narrationes? Quantum illorum documenta prescriptis ab illo dirigendis moribus, regulis et preceptis concedunt, quantum iste pre illis animis ad bonam frugem revocandis aptiores! Porro scriptores illi, populi institutione ferè neglecta, omnem vertunt curam, ut sapientibus prosint: quippe qui sub figurarum et allegoriarum involucris singularem addiderint, his tantum viris perviam, philosophiam.

Vetus judaicus legislator, disertissimi oratores more, orationem suam ita in quinque Pentateuchi libris attemperat, ut doctis aequi ad indoctis rerum, quae dicuntur, idem pro singulorum indeo ingrat; eumque in preceptis tradendis modum servavit, ut neque plura sancret, quam rudioris populi imbecillitas ferret, ne scilicet transgressionem ignorantis causarentur; atque ea prescriberet, que doctorum viorum meditationes, in abditis figurarum sensibus scrutandi, detinenter. Jure ergo de illi usurparetur, quod de Catone à T. Livio dictum: *Cujus glorie neque profici quisquam laudando, nec vituperando quisquam nocuit, ciam utrumque summum proditi fecerint ingenios.* Frustra in illum ollatrarunt Porphyrius, Appio, Julianus, quorum calamitus viro in majus celebrando valuerunt; si enim laudandum illum suscepissent, reponi merito laudandum potuisset: Ut quid vos laudatis hominem, quem nemo reprehendit unquam?

Leges, ut iam innominata, Mosaicorum operum maiorem partem occupant; reliqua ad eundem scopum referuntur. Primus omniū Decalogus occurrit, juris divini et naturalis summa; praecepta judicialia et ceremonialia succedunt, quae scilicet inhebicularis populi indoli serviant. Cum enim regulis illis idem semper constans tenor manere non debet, sed pro rerum

viciisistudine immutari atque variari; quinim cū et suum tandem locum veritati, quam tantum adumbrabant, essent factura; idē plura Deus deteriora Israelitis induxit, quae tamē ipse abrogari penitus malusset, ut polygamiam et divorvium in lege tolerata. Plurimorum ceremoniarum et rituum, ultra nullaque peculiari ratione prescripta observantia videtur, nec aliis fortassis Dei precipientis scopus constituentur est, quām Judeorum perversa, atque removeudi illos ab idolatria et consuetudine gentium consilium. Pravos etiam ritus, contraria inventa consuetudine, iis prescriptis ceremonias corrixi; vel si non contraria inventi, saltem prioribus aliquantum immutatis, vel salvis illis ad Dei cultum translatis, ut ex pravis in religiosas ceremonias deducerentur. Ita enim imbecillioris populi atque sanctoris discipline incapaces ratio habenda fuit. Dura sequuntur cervix arduo horum preceptorum jugo odomari debuit, quō et elatiore illorum spiritus reprimenterunt, atque imbecillitatem suam experti, Liberatores necessitatem sentirent.

Omnis fermè à Deo in veteri lege facta Iudeis promissiones, intra bonorum temporalium limites continentur, sicut et peccata tantum temporarie atque sensibiles in transgressores indicte. Praecepta non nisi ferè in politica civili, vel externo religionis cultu dirigeno versantur; praecepto interim amoris Dei semel tantum in toto lege expresso (Deut. 6, 5). Mysterium SS. Trinitatis apertis verbis disertè nunquam, deductis tamen ex sententiis ibidem expressis consequentis quoniamque infertur; nullus perspicuus de ponatur et praeiorum aeternitate, sicut et de animarum immortalitate textus. Deus plenimque ore ad severitatem, minas, ultionem, atque ad zelum et auctoritatem suam exerendarum composito exhibetur. Intimas cordis dispositions nulla Moyses exigit, in exterioribus tantum corporis habitudinibus continens, quod scilicet cā essent cordis mentis habitudine Iudei, ut nihil perfectius vel sapere ipsi, vel affectare valuerint. Volut nimis Deus, ut Moyses primas tantum sumorum futuri religionis preceptorum lineas, atque operis à Jesu Christo deinceps perficiendi crepundia duceret. Hinc nihil ab illo nisi imperfectum et intra figurarum limites, nihil quod denūm à Christo Jesu non perfectionem et complementum accepere. Potissimum legislatoris studium in eo versatur, ut de futuro Liberatores adveniat, quād sancti Patriarcharum et populi vota collimabant, oracula etiam atque etiam ingrat. Quare statim tantum tempore perseverantia leges à Moyse sancite sunt, à Messia dēmū, una cum coram mentiūque sensibus, reformande.

Provido verò divina sapientia consilio ita leges illa temperata sunt, ut rudioris imbecillorumque viribus congruerent. Qui verò intelligentiae acuminis præstabant, illi litteræ ducta ad penitorem doctrinam serutandam pervadebant. Ex quo enim Deum talem se exhibuisse hominibus legerent, ut Deus proderetur, illud etiam facile poterant intelligere, reipsa sibi alium finem præstitui, quam qui in libro legis rudibus ingeniis constitueretur. Deum insuper omni corporis

admissione liberum, justum, bonum, aeternum, non solo externo et sensibili cultu, sed et interno, mente et spiritu impenso, delectari facile intellexissent. Tandem post tot amplissimas promissiones, à Deo Patriarchis exhibitas, quarum, dum illi viventer, fide munquam se liberasset, quis, rogo alterius vite et felicitatis certam sibi spem non sponsonisset?

Totus Pentateuchus unus ejusdemque auctoris opus, unum euodemque finem spectat, qui et perpetua serie universa olim Biblia continuari Iudei testatur. Quis modo obtinet in 5 libros divisio (1) ad arbitrium inventa est; cū totis aqua libri Genesii usque ad cap. 12. Exodi continuari potuisse. Tituli graci singulis libris prefixi sunt. Genesis sonata generatio, historia nempe genealogica et rerum à Patriarchis gestarum. Exodus redditur egressus, ex Egypto nempe, Leviticus leges sacrificiorum respicit, quae scilicet sacrificia à filiis Levi offerri debeat; Numerorum liber ex censu familiarium, unde opus institutu, nomen obtinuit; Deuteronomium grāce vocē, secundum legem significat; quippe quād omnes ferme leges in eodem libro repetantur. Apud Hebreos tamē singulis illis nomen inscribunt ex voce qua in capite operis occurrit; ita cū prima vox Genesis in Hebreo legitur Beresith, ex illa nomen operi impositum, eadēque methodo Exodus Veile Schemot vocatur. Uno tamen euodemque contextu quinque illis libros à Moyse scriptos credimus, ut proinde librorum et capitū divisio recentiori manu inventa videatur.

Opus istud omnes, quotquot ad nos pervenerint, gracos libros vetustate superat. Quin et fietz illae earum gentium historie ex sacrorum librorum fonte plerisque deducuntur. Optima etiam quacumque è libris Moysis suffractos veteres philosophos et legiatores, vulgo SS. Patres arguerunt. *Quis poetarum (Tertul. cont. Gent. e. 47), quis sophistarum, qui non de Prophetarum (nempe auctorum sacrorum) fonte potaverit? Indeigitur philosophos in ingenii surrogavent?*

Non Iudeorum tantum, sed et Christianorum religio originem suam ex Mosis legibus referit. Dei Filius idē venisse in mundum profiteret, non ut latas illas abrogaret, sed ut impleret perficeretque; quod quidem constat egregiū illum præstitissū, abusivū, qui tractu temporis irreperant, sublati, congruis explicationibus adjectis, detorūt et à consilio divini Legislatores alieni interpretationibus abolitis, ac tandem pedestri et carnali cultu Judeorum, in sublimem et spiritualem reformato, omnibus ad certa et inconcilia legis naturalis dogmatā et ad amorem Dei et proximorum redactis.

Samaritanis Palestinam aliasque regiones incolen-

(1) Pseudo-Philo, in lib. de Mundo, hanc divisionem ab ipso operi auctore Moysi repedit; sed dicti sui nullam affect rationem. Jesus Christus et Apostoli totum illud opus nunquam, nisi sub uno Moysis vel legis Mosaicæ nomine, laudanti; quod etiam apud Judæos nostre gratias obtinet. Non inviti credimus, Esdras auctori hanc divisionem in quinque libros tribuendam. Septuaginta hanc divisionem jam antea inducentur servarunt.

tibus, suis est, non sechis ac Iudeis ceteris, hebreis scriptus Pentateuchus, characteribus ille veteribus phoenicis exaratus, iis scilicet, quibus olim Moysis ipsum usum fuisse tradunt (1). Però ea literarum ratio apud Hebreos ante captivitatem Babyloniam unicē oblinebat. Demum ad patriam restituti, sive primitis Phœnicibus, qui in nomis sub Simone Macchabeo cusis leguntur, sive novis Chaldaicis, modo etiam apud Hebreos familiaribus, indiscriminatum uehantur. Interdum etiam, cū Græcorum lingua in Syria usurpi copta est, græcas litteras Iudei non reserpat; ut ex nummis Antigonī, characteribus hebraicis, vel phœnicibus et græcis insculptis, intelligimus. Sub Hierode Magno cusa monete solos græcos characters præ se ferunt.

Textus Samaritanus latuit usque ad Origenem et S. Hieronymum, à quibus interdum laudatur. Nostra tandem estate exemplaria quedam ex Oriente deducta sunt, unde Pentateuchi Samaritanoi editionem P. Morinus anno 1651, curavit. Utriusque textus hebraici et Samaritanī collatio in eam opinionem quodam induxit (2), minima Samaritanū alteri preferendum. Alii corruptum credunt à Dositheo apud Origenem noto (*Orig. cont. Cels.*, l. 1 in *Math.*, tract. 27 in *Joan.* on. 14). Loca omnia, in quibus Samaritanū hebraico saniore vel corruptiōne iudicat, exactissimē notavit D. Clericus in Pentateuch. Indic. 2. Ita saniore arbitratur Gen. 2, 4, et 7, 2, et 19, 19, et 20, 2, et 25, 39, et 54, 14, et 49, 10, 11, et 50, 26. Exod. 12 et 42. Analogiam servat magis Genes. 51, 39, et 55, 26, et 57, 17, et 41, 51, 45, et 47, 5. Deuter. 32, 3. Glossis et additionibus inferior Gen. 59, 15, et 50, 36, et 41, 16. Exod. 7, 8, et 8, 25, et 9, 5, et 21, 20, et 22, 5, et 25, 49, et 52, 9. Levit. 1, 10, et 17, 4. Deut. 5, 21. Critici quādam manu correctas videant Gen. 2, 2, et 4, 10, et 9, 5, et 10, 19, et 11, 21, et 18, 5, et 19, 2, et 20, 16, et 24, 58, 35, et 35, 7, et 36, 6, et 41, 50. Exod. 1, 3, et 15, 6, et 15, 5. Num. 22, 52. Plenior est hebraico Gen. 4, 8, et 11, 31, et 19, 9, et 27, 54, et 59, 4, et 45, 25. Exod. 12, 40, et 40, 47. Num. 4, 14. Deut. 20, 16. Mendosius est Gen. 20, 16, et 25, 14. Cum Septuaginta coharet Gen. 4, 8, et 19, 12, et 20, 16, et 25, 2, et 24, 5, 62, et 26, 18, et 29, 27, et 35, 29, et 59, 8, et 41, 16, 45, et 45, 26. Exod. 8, 5, et alii scripti. Recedit interdum à Septuaginta, quod adversus Usserium valit, quippe qui corruptum à Dositheo ad textum Septuaginta autemavit, Genes. 1, 7; 5, 29; 8, 5; 7; 49, 22. Num. 22, 4.

(1) Hieronymus, prefatione in libros Regum. Samaritanis Pentateuchum Moysis totidem litteris scrip- tūt, figura tantum et apiebus discrepantes. Certeum est Esdras scribam et legis doctorem, post captum Jerosolymam, et instaurationem templi sub Zorobabel, alias litteras reperisse, quibus nunc utilior; cū ad illud usque tempus idem Samaritanorum et Hebraeorum characteres fuerint. Vide nostram dissertationem in illo argumentum: An Esdras veterum characterum formam immutari?

(2) Corruptum à Dositheo textum Samaritanum autum Usserius; incorruptionem hebraicō defendit P. Morinus.

Liber Genesis historiam complectitur à mundi creatio exordio usque ad obitum Josephi Patriarchae, anno rum scilicet 2569, iuxta hebreum textum et Vulgatam. Scriptus creditur à Moysi in desertis Arabiae, cim, post murmur populi in Cadesbarne, 40 annis in ea solitudine errare cogenerant. In eo verò nomine *Jehovah* exprimit, quod à Deo in visione ad montem Sinai didicerat; animalium eliam purorum ab impuris discrimen, Noemi historiam describens, innuit; ex quo satis intelligimus, post rogatas eas leges de animalium discrimine, sicut et scriptas leges cateras, ac post castigationem at Sinai, operi scribendo manum admovisse. Cum autem (Gen. 14, 7), fontem Judicii commovent, quod sane nomen primo post seditionem populi ibidem ad aquas contradictionis iudicium loco videtur (Vide Num. 20, 8, etc.), nonnisi postremo scriberis per desertum blemio eam provinciam suscepisse (nisi forte hæc aliena manu in textum irrepererint) deducitur.

Primum capitum Genesio litteralis interpretatio ardua est adēd, in iis potissimum, que ad protoparentum peccatum, sicut et ad sententiam in Illos et in anguum dictam, spectant, ut eorum lectio nomini post annum atatis 25 vel 50 Iudeis permitteatur.

Ut autem vera fatigantur, accepta à Patribus oral traditione Moyses ea omnia, qua de creatione mundi, diluvio et Patriarcharum zetate narravit, dicens potuerat. Nō enim, qui filios et nepotes Adami superstites viderat, ad ortum circiter Abrahami vitam prodixit; et Abraham vicissim cum Sem filio Noe sūtate nondim̄ vītū functo, consuetudinem facilē habuit. Ab Abraham verò usque ad Moysem soli tantum tres viri intercesserunt, Isaac, Jacob et Levi; quare servatas in familiis Iudaicis carum rerum tradiciones, et memorias facilē collegerat. Neque enim, nisi ex scriptis familiarum commentariis, genealogias, rerum gestarum temporis, historiarum eventus omnes, certumque anorū vitæ Patriarcharum tempus adēd exactè recessisse potuerat.

Liber Iustorum, in Josue (Josu. 10, 45), et in 2 Reg.

## DE MATERIA ET FORMA VETERUM LIBRORUM, AC VARIA SCRIBENDI RATIONE *Dissertatio.*

Vetusissima omnium scribendi ratio, quantum solum, imaginibus quibusdam vel litteris, in lapide ligno insculptis, constabat; cuius generis scripturam vetusissima Egypturn et Chaldeorum monumenta exhibent. Hunc scribendi morem ante diluvium obtinuisse Josephus (Antiq. 1, c. 5) testatur, cim filios Seth contra duplex diluvium, per aquam primum, deinde per

ignem, quod mundo imminere nōrāt, geminas columnas, lapideam alteram, ut aquarum injuriis resistet, alteram fictilem, ne igne corrumpereatur, observationibus astronomicis, à se primum factis, inscripsisse narrat. Has columnas vidisse et idem historicus sibi persuaserat. Nostras in hunc Josephi locum conjecturas delimus in Commeatario ad cap. sextum Ge-

1, 18, laudatis, ipsissima videtur historia veterum Patriarcharum. In 1 Par. 7, 20, etc., primum legimus, cim Judei in Egypto essent, communis, de quo ne verbū quidem in libris Moysis; quin et in nominibus et genealogiis in pluribus Scriptura locis varietas, non aliunde fortassis, quam ex scriptorum et exemplarium varietate et multiplicitate originem duxit. Fatemur quidem rarerū fuisse ante Moysen scribendi usum, nec desunt gentes quārum plurime à quibus scribendi artis diutius exulavit; sunt etiam cim Homerū ipsum nihil scriptis mandasse contendant. Sed quoniam est in historia illorum populorum obscuritas et tenebris? Quot fabellas pro historiis ejus atatis, nulla scriptorum monumentorum memoria nosis, Gracia non obtrusit? Quot in religione et in genealogiis indigna! Nihil tale apud Hebreos; singulis enim suis decor, unus et perpetua narrationis solida et exacte tenor; quod sane omnia scriptis rerum gestarum Commentariis, à Moyse consultis, accepta referenda sunt.

Sed quorsum hæc ad eam auctoritatem Pentateuchō asserendam, quam nos operi tribimus, nisi etiam divino Spiritu afflatus sacram scriptoriem dixerimus? Divino, inquit, Spiritu, qui albita quaque scribenti pandebat, obscura aliqui et incerta, certis verò assertis aliorum relatione vel traditione cognitis, divinam atque infallibilēm auctoritatem asserbat. Hinc Isaia cap. 44, 7, 8, etc., Dei Israëlis supra exteros aliorum gentium tum auctoritatem et majestatem exagerans, populo suo ea pandisse ex veteribus historiis narrat, que frusta alii ab idolis suis requisivissent. *Quis similis mei (ait Dominus)? Ordinem exponat mihi,* ex quo constitui populum antiquum; ventura, et *qua futura sunt annuntiant eiis.... Ex tunc audire te feci, et annuntianti: Vos esitis mei; muniqueris est Deus absque me, et formator quem ego non noverim? Eadem apud Originem legas (Homil. 26 in Num.): Unde enim poterat Moyse, vel quod ab origine mundi gesta sunt, vel quod in fine ejus gerenda erunt, narrare, nisi per inspirationem Spiritus Dei?*

*— Liber Iustorum, in Josue (Josu. 10, 45), et in 2 Reg.*

nes. Veterum columnarum in insula Crete extantum, in quibus insculptis characteribus sacrificiales Corybantum exhibentur, Porphyrius meminit (de Absin. 1, 2). Eumenerus (Lactan. Instit. 1, 4), Sanchoniato (Theodoret. Scer. 2 ad Graec.), Herodotus, Diodorus Siculus, aliquie, easdem veteres inscriptions, historias suas adorat, consuluerant. Characterum vulgarium et communium inventionem Phoenicibus auctioribus Lucanus deputat; cim antea, ait, *Ægyptum hieroglyphica lapidibus insculpta obtinuerint* (Lucan. lib. 5).

*Phoenices primi, fama si creditur, ausi Mansuram radius vocem signare figuris;*  
*Nondum flumines Memphis contexere Biblos.*  
*Noxerat; et taxis tantum volvresque, feraque,*  
*Sculpique seruant magicas animalia linguis,*

Hinc scribendi ratio per insculptas animalium figurās sub secundo rege Memphis primō excogitata fertur (Marsham. sec. 1, ex Syncello). Porr̄ primus rex Menes idem ac Cham filius Noe creditur: secundus, Thoth; apud Graecos primus Mercurius dicitur est. Alter Thoth, sive secundus Mercurius, quis hieroglyphicas scripturas à primo Thoth de medicina commissa inventi, ea vulgaribus characteribus tradidit. Unde nam verò vulgares litteras accepterit secundus Mercurius, nullib⁹ apud Historicos legimus; nec alter sanē in *Ægypto* ante illum usus hisce characteribus occurrit, nisi fortassis Moyse, qui secundo ante hunc secundum Mercurium praecedenti, iuxta Marshallum, florbat (Moyes vivebat sec. 9, Thoth secundus 10); facili autem nonnullis ante utramque virum seculis, Phœnices eum scribendi morem invenerunt; neque enim Moses atque primo obtinuisse videor. Nostra etiam zetate translate ex *Ægypto* statue et columna perpetuis inscripte hieroglyphicas supersunt; atque ea scribendi ratio, etiam post inventas litteras in sacris et publicis monumentis diutius perseveravit. Antiquitati etiam note sunt scriptures in tabulis cencis et plumbeis exaratae, cujusmodi in tabulis Hesiodi carmina primō scripta, easdemque thesauri loci in templo Musarum in Bocra servatas narrant (Utilitas des Voyages, de M. Bandelot de d'Airval). Uiram maximē usus in scribendi foderum, pectorum, atque legum conditio-ibus fuit; quemadmodum non rara exempla, sicut et in Scripturā monumenta Romanorum, Lacedemoniorum et Iudacorum exhibita demonstrant.

Observationes astronomicæ Chaldeorum 720 annorum tabulis lateritis mandate erant, juxta Epigenem: *Epigenes apud Babyloniam 720 annorum observationes siderum coctillibus laterculis inscriptas docet, gratis auctor in primis* (Plin. lib. 7, c. 5, 6). Leges à Solone in tabulis lignis, auctore Plutarcho, Aulo Gellio, et Diogene Laertio, data sunt (Plutarc. et Diogen. in Solon. Gell. in lib. 2, c. 12); hinc, Suidā teste, *Azonē illa appellari contigit. Supererant etiam Plutarchi etate eorum legum fragmenta* (Vide Menagii Not. in Solon. Diog. Laert.). quāquam nonnullis in lapidis tabulis exaratis, extantibus adhuc sūtate reliquis, Harpo-creation narrat. Quia igitur generales leges erant, sive

de Sacrisceris deercentebant, ille lapides tabulis insculpabantur; qua verò particulares, lignis commis- Lapides tabulae triangulares, *Kyphēs* appellabantur; lignae, quadrangulares *Axes*, vel *Axonē*. Scriptura genū in illis idem seruatam est, quod *Boustrophedon* Graeci appellant, nempe versibus à levā in dextram, et viceversa alternatim ductis ad instar sulcorum, quos boves arantes in agro imprimit. Leges duodecim tabularum apud Romanos roboreis pariter tabulis commissas fuisse Scaliger autemavit; quāquam *ebreas* textus Pomponii J. C. prae se ferat (de origin. Juris lib. 5).

Tabelles, sive pugillares apud ipsum Homerum commemorantur: *Pugillaris usum fuisse etiam ante Trojana tempora incenitus apud Homerum* (Plin. leg. 15, c. 11). Porr̄ pugillaria, in quibus acta iudiciorum scribentur, *Zanides* Aristophanes appellat (in Vesps. p. 490). Longobardi, cim primū in Italian venient, in pugillaribus temissimis et terribiliter scribent, quorum aliqua vidisse se carum gentium characteribus exarata Pancirolos testatur. Solebant autem pugillaria cerā liniri, atque ferreis stylis, sive areis, aut ossis littere in eadem cerae insculpi; stylū verò altera pars acuta ad litteras exarandas, altera teres ad litteras inducendas; nec desunt, quorum caput ad instar coelaribus rotundi exhibeatur, cui insistentes digniter instrumento partem supra ceram comprehendant: *Stylus ferreus alia parte, qui scribamus, dili, qui delcamus, offabre factus est* (Aug. de verā Relig. c. 20). Et Horatius lib. 1, Sat. 10:

*Supè stylum vertas, iterum, qua digna legi sint Scripturas.*

Prudentius etiam Hymn. 9 de S. Cassian. :

*Inde alii stimulos, et acumina ferrea vibrant;*

*Quā parte avatis cerā sulcis scribuntur,*

*Et quā seti apices oblongant, et exporis hirti,*

*Rursus nitescens inventur area.*

Ex his tabulis fasciculus simul compactus librum constituebat; dictum etiam *Codicem*, vel *Candicem*, nempe fustum; quod scilicet refert fustum ligneum in tabulas dissecatum: *Antiqui plures tabulas conjunctas, codices dicebant* (Var. lib. 3 de Vitā popul. Rom.); et Seneca (de Brevit. vit. cap. 21): *Plurimi tabularum contextus, codex apud antiquos dicebatur*. Ille tabulis inscriptis Epistole inter amicos missitabantur; linea tamen tali involuta, atque terrā quadam vel cerā Asiae oblongata (1). Erant etiam buxeæ, et eburneæ tabellæ, sed non in usus familiares. Nec defuerunt Ita tabellas sed rariores, etiam postquam charte et membranæ usus invalidit.

Post tabellas palmea folia successerunt, ac deinde tenuiores et leviores arborum cortices; *In palmarum foliis primò scriptitum, ait Plinius (lib. 45, cap. 41); deinde quarundam arborum libris*. Et Virgilius ita Sybillam describit:

*Insanam vates aspicias, qua rupe sub ima*

*Fata conit, foliisque notas, et carmina mandat;*

(1) Plautus in Bacchid.....: Affer citò. — Pisc.: Quid? — Chryst.: Stylium, ceram, tabellas, et linum.

*Quaecumque in foliis descripsit nomina Virgo,  
Digerit in numerum.*

*S. Isidorus carmina quædam Cinne in foliis descripta  
lauda:*

*Lavis in aridulo malva descripta libello.  
Prusiæc vxi munera naviculæ.*

Cum verò ea scribendi ratio usi incommoda deprehenderetur, intimus quarundam arborum cortex familiarium obtinuit, veluti fraxini, ulmi, tiliae, aceris, fagi, populi, etc. Inde vero libri nomen inditum: *Liber dicitur interior corticis pars, quæ ligno coheret* (Servius). Cum autem cortices illi, ut transfrerentes in volumen complicari solent; inde volumini nomen (Valla Elegant. lib. 6), quod etiam ad volumina chartacea et membranacea postea translatum est.

Papyrus genus erat calami, ad Nili ripas cœscentis, cuius frustum pluribus constabat foliis, simul compactis, que ac quod separata supra tabulas aqua aspersa ad latitudinem folii extendebantur (Salmas. not. in Vopisc.). Ita extensum folium subili quodam glutine, vel luteitate Nili aqua tepefacta, et preparata linebatur, ac deinde altero superinducto folio, solis ardori exsecandum totum opus exponebatur. Intima papyri folia delicatissima erant, ex quibus *Augusta papyrus* constabat; que illis adhucgantur *papyrus Julianus*, minoris illam preti, reddebat. *Papyrus Claudia* tertii erat generis, inter *papyrus Augustam* et *Julian* media, que imperatore Claudio auctorentur habuit.

Ex his foliis plura simul convoluta, quem Latini *Scapus* appellant, componebant. *Scapus* 20 folia stœte Plini continebat, deinde decem. Ad opera in sevum decessum, folia illa uno tantum latere scripta, in extrema oris simul glutine coniungebantur, ut volumen pro longitudine operis extenderetur: ephemeridulis vero, aliisque domesticis usibus digerendis utrumque latus scriptura serviebat. Eius papyri usus ante ipsam Alexandri etatem invatusse, quidquid Plinius refragetur, Guiliandus demonstrat; quaque nonnisi post ejus regis tempora evulgaretur. Servabantur in bibliothecis volumina baculo circumvoluta, cujus baculi utræque extremitas pretiosi ligni, sive eboris ornamenti distinguitur. Porro baculus ille extreme libri ora adharet; ex quo illud: *Ad umbilicum perdere*. Repositis vero in armariis libris, una lacilli extremitas, cui operis titulus inscriptus esset, probidit. Papryi *Egypti* usus usque ad decimum seculum, rarus tamen, in Europâ mansit (Mabillon de re Diplom. lib. 1, c. 8, p. 38).

Cum Ptolomeus Philadelphus rex *Egypti* instruictissimam Bibliothecam comparasset, ejus exemplum reges Pergami imitari statuerunt; sed reges *Egypti* rem ferentes iniquis, late edicto, ne papyrus extra regnum effretur, caverunt. Quare inita ratione Pergamai chartæ cujusdam genus excoxitur, quod ex urbe Pergami, *Pergamenum*, sive ex corio membra animalium contegente, *Membrana* appellatum est.

Ex his chartis duplex librorum genus conficiabantur;

alterum, quod ex pluribus simul conjunctis in longum foliis pro operis longitudine dieundebatur; alterum, quod ex pluribus constabat, simul consertis, et compactis foliis, quemadmodum et nostræ etate in librís solemus. Volumina, que nempe in volumen convolventabantur, cum ex uno tantum latere characteres haberent, id est majoris erant molis quam exter ex pluribus consertis foliis libri, utroque latere scripti. Universus Libri opus in parvum secundum volumen redactum, Martialis commemorat, quod si ad volumina redigenter, integrum bibliothecam occupasset.

*Pellibus exiguis arcatur Linivs ingens.*

*Quem mea vix totum bibliotheca capi.*

Latus illud voluminis, quod unice inscribatur, altero intacto, pagina dictum est, quod autem utrumque latus scripture prebeat, tabella, sive tabelle.

Chartæ, qualis nunc obtinet, ex lineis detritis frustulis, in pulvis liquorum jugi contusione, aquâ effusâ, resolutis, origo adhuc usque ignoratur. Ante 500 annos invatusse (vide Mabill. de re Diplom. lib. 1, cap. 8, pag. 58) ex testimonio Petri Venerabilis, ubi de *rassis veteris paniorum* instructa charta memoratur, intelligimus (contra Jud. in Biblioth. Cluniac. pag. 1070). Scriptura lino commisso apud veteres innoverunt (vide Liv. Dec. 4, l. 4 et Vopisc. in Aurelian.); quin et frustula quedam veteris *Egyptiaca* scripture in chartâ nostri simili adiut exhibentur. Parti extate Plini (Plin. l. 15, c. 11), licet papyracea planta in rîpis Euphratis jam invatusse, veterem tamen morem in vestibus suis scribendi retinere maluerunt. Eodem etiam Plinio teste, ante inventam papyrum publica monumenta in tabulis plumbeis, privata vero in lineis exarati conseruerant. *Linte libri*, in quibus magistrum romanorum scripta nomina, et reipublica commentarii digesti, atque in templo Deæ *Monaeta* sub reipublica crepundis assortivit à Licio memorantur (Decad. 4, l. 4 et 10). Hui planè libri in usus sacros tunc temporis familiares erant.

Post evulgatos Sciligeri, Bocharti, Vossii, aliorumque plurim Commentarios, nemo ferè amplius dubitat, quin primi, quibus Moyses usus est, characteres Phoeniciorum fuerint; de illorum tamen origine inter eruditos non sat convenit. Sunt qui illorum inventores non Chaldaei vel Assyrii tribentur, eorum tamen decus credant sibi usurpassæ Phoenicæ, in quos quemadmodum et in alias gentes, usus invahit, primos se earum litterarum autores jactantur. Alii vicissim in Assyrios ipsos et Chaldaeos, derivatas à Phoenicibus litteras, malunt. Ex hoc sententiam dissidio, quam modo discutendum suscipimus, controversia emergit, de origine scilicet characterum quibus Moyses usus est.

Arbitrantur quidem nonnulli, Abrahamum acceptas in Syriâ litteras posteris Chananeis tradidisse; sed alii Patriarchas ipsos, quas semel didicerant in Chananei litteras, in *Egypto* unâ cum Chananeorum lingua seruasse, atque in usus familiares usurpassæ contendant. Verum absque eo quod huic implexo questione de litterarum origine implicantur, ea nobis

in praesentiarum statuenda sunt, nimur eos, quibus Moyses usus est, characteres, ipissimas esse *Egyptiorum* litteras, easque cum Phoeniciorum characteribus prorsus confundendas. In hac autem postremâ hujus assertioñis parte, totam disputationis vim constitui oportet satis intelligimus; Moyses enim earum gentium characteribus usum esse facile omnino credidimus, quibuscum Hebrei longo jam commercio, atque ipsis etiam moribus quæmperantes, communicaerant, ne quid dicam de *Egyptiorum* literaturâ, quâ Moyses, regia educatione à filiis regis *Egypti* fili loco eruturus, imbutus est.

*Egyptiorum* characteres ipissimos esse cum Phoeniciorum sive Cadmeis, à Cadmo in Beotiam translatis, P. Kircherius oportet contendit; sed ea profert opinionem sua argumenta, quibus sanè non omnibus sequè cruditis persuasit (vide apud Valton. Prolegomena). Totus est auctor in expendanda Copticarum litterarum, quas recentiores esse, et ex Graecis expressas defendit, cum Graeci similitudine. Quidquid sit, illud fateamur oportet, apud *Egyptios*, preter Hieroglyphicos characteres, aliud in usus vulgares scripture, et characterum genus obtinuisse; cuius licet formam neque Herodotus (lib. 2), neque S. Clemens Alexandrinus (Strom. 1. 5) expresserint; ex eorum tamen silentio colligimus, à ratione scribendi genitum finitimum, in quibus characteres Phoeniciorum obtinuisse non incepit conjectimus, non abusuisse. Narrat Herodotus, *Egyptiorum* scripturam è dexterâ in levam ductam, camque nodosis quibusdam et tortuosis in modum rotæ implexis apicibus (quod cum Phoeniciorum characteribus quadrat) expressas Apuleius describit (1). Ante inventas Phoenicium litteras, ait Lucanus (Pharsa. l. 5) apud *Egyptios* nulla erat papyri nulla erat; insculpta in lapidibus animalia, et magicæ quadam figure unicæ pro characteribus habebantur. Poeta igitur sententia *Egyptiorum* veteres characteres cum Phoenicis confundit. Sub Agesilaoo rege in tumulo Alemene Thebis in Beotia, tabella quadam cœna inventa est, autore Plutarcho (de Dem. Socrat.), veteribus perpetuis characteribus inscripta, ignotis illis, etiam post inspectias pleniori luce atque à situ repurgatas figuræ; littera tantum barbare *Egyptiæ* similissime deprehense sunt. Missa igitur in *Egyptu* tabula rerum antiquarum peritus simus Chonophus consulus, post excusâ sedulò veterum librorum *Egypti* monumenta, respondit, veteres in ea tabula litteras *Egyptiacas*, quales sub rege Proteo oblinchiant, expressas esse. Veteres ergo illi Cadmei characteres, à veteribus *Egyptiorum* litteris non distinguuntur; nec proinde ab utrisque Phoenicæ litteræ abhorruisse debuerant, si verum sit, uti ne ambiguum quidem, Cadmeas easdem fuisse ac Phoenicæ litteras. Vossius pluribus, nec spernendis ratione

(1) Metam. lib. 11, ad fin. De operis adyli profert quosdam libros litteris ignorabilibus praetextos, partim figuris hujusmodi animalium, concepti sermonis compendiosa verba suggestores; partim nodosis et in modum rotæ tortuosis campolatinique condensis apicibus, etc.

nun monumentis firmat, ante Cadmi adventum characterum in Græciâ usum per Cecropem innotuisse. Porro Cecropis *Egyptiæ* genere, non alias detulisse in Græciam litteras videtur, quâ *Egyptias*; ex quo illud consequitur, Grecas veteres ab origine litteras cum *Egyptiis* confundi oportere. Apollodorus, aliquis ex veteribus (Eus. Chron. 1. 2, an. 563), Cadmum ipsum ex *Egyptio* repetentes, Thebas *Egypti* reliquis traxit, antequam ad Thebas Beotie condensas te contulisset.

Fatuum quidem, Origenem (cont. Cels. 1. 5) characteres Hebreos ab *Egyptiis* et Phoeniciorum distinxisse; sed opinionem ille suam nullo rationum momento fulcit, id tantum demonstrasse contentus, Hebraeorum vernacularum linguam aliam esse ab *Egyptiâ*; quin et in ea fuisse sententia videtur, post longam in *Egypto* desuetudinem, tandem Hebreos in egressu ab *Egypto* veteris lingue usum divino prodigio recipisse, quam in rem Prophetam quendam Hebreum, suppresso tamen nomine, ignotumque laudat. Sed una Origenis auctoritas minus sanè, quam tot rationum momenta, valet.

None de materiâ et formâ veterum librorum apud Hebreos agendum. Quanquam de libris frequens sit apud Moysen sermo, nullum tamen describit, præter duas illas tabulas, in quibus Dei operâ Decalogus exaratus est; quas ille læves et utroque latere inscriptas exhibet. Quorsum autem duo hæc sedulò idem Moyses adnotasset, nisi ut plane intelligeremus, eas tabulas a ceteris libris in eo discrepare, qui scilicet ligneis tantum tabulis, et uno tantum latere inscriptis contabunt?

Porro que in tabellis ligneis et lapideis scribendi obtinet consuetudo, omnium vetustissimam fuisse novissim; nec sanè quoties de libris apud Moysen agitur aliquid occurrit, quod commode de hisce tabellis explicari non possit; nihilque vicissim legitur, Extat tamen in textu Jeremie, Ezechielis, Esdra, Psalm. 59, et in Zacharia. Neque Rabbinorum sententiam moror voluminibus membranaceis, vel papyro *Egyptiâ* usum Moysen autumantum; cum membranaceis atque papyrum *Egyptiam* Moysis estate longè posteriores fuisse, neminem lateat.

Cum igitur apud Moysen mentio inducitur de libris Federis, Legis, Repudi, de libro in quo descripte prius maledictiones, dejude in aquâ, ad explorandam feminæ de adulterio suspectæ causam, credebantur; sicut et cùm de reponendo libro Legis ad latus arce agitur, nomini ad tabellas et asceres haec omnia depatimus. Hinc Septuaginta hebraeum *Sepher* constanter vocant *Arones*, quo sanc nomine appellant tabula, in quibus leges, ut supra diximus, exarabantur. Hunc ipsum scribendi in lignis tabellis morem exprimit

auctor libri Job : *Quis mildet, ut exarantur (sermones mei) in libro stylo ferreo, et plumbi laminâ, vel celte sculpturâ in silece (Job. 19, 21)?* Haec pro scripturâ in ligno, plumbô, silice exarata, apertissima sunt. Nec etiam ambigibus Salomonis verba implicantur, clum misericordiam et veritatem in tabulis cordis sculpendas admonuit (Prov. 3, 5). Jeremias grandioribus verbis parvus exprimens, Iudeororum crimen in tabulis eorum style ferreo, et ungue adamantino exaratum pronuntiat (Jer. 17, 1). Quin et Deus minatur, se, post evansam Jerosolymam, invisse orbis memoria abolendo dicturam et reducturum crebris stylis super faciem ejus (4 Reg. 21, 15). Minas à se in Iudeos pronuntiatas Isaiae scribendas Deus edicit (Isa. 50, 8) : *Super burum, et in libro diligenter exara illud.* Ezechiel, acceptis ab Ephraimitis aliisque tribubus sili faveñibus, sicut et ex Judâ tabellis, librum compedit (Ezech. 37, 19), quem, sicut et singulas paginas, librum ligneum appellat. Deus ad Habacuc (Habac. 2, 2) : *Scribe visum, et explana super tabulas, ut percurras, qui legerit eum.* Scripte à Davide pro neco Uriæ Epistole quenammodum et Jezabelis, nomine Achabi, litteræ in Nabotha die, *Sepher in scripturâ nuncupatorum* (2 Reg. 11, 14, et 3 Reg. 21, 8), quoquidem ipsissima est pugillarium hebraica appellatio; ut argumento sit, similem viginti scribendarum atque obsignatarum epistolarum apud Hebreos morem, quem supra Gracis et Romanis tribuimus.

Principium editi tabellarum, non secus ac epistola, commissa, regio sigillo obsignata ad provincias transmittebantur. *Ipsae epistole, nomine regis scripti annulo ipsius obsignato erant, et missae per veredarios* (Esth. 8, 10). In autem locisque publicis urbium suspensa exponerantur: *Editum regis pendit in Susan, etc.*, (ibid., vers. 14). Publica instrumentorum forma, qualis in rebus vendendis servatur in historiâ empli à Jeremias (Jerem. 52, 9, 10) agri Hananeelis exhibetur; ipse scilicet propheta pacta conventa in tabella digestis, atque adhuc testibus, instrumentum sigillo munivit; dein pecunia ad librum persoluta est: *Scripta in libro* (Besepher vers. 12), *et signari, et adhibui testes, et appendi argentum in staterâ.* Testium nominis instrumento subjecta iussa ex hebreo, Septuaginta, et arabico intelligimus: *Incepunt testium, qui scriperant* (v. 12). Ex alia tamen hebraicâ textus punctuatione, testium nomina solum à tabellone inscripta erant instrumento, quam legendi rationem servant Chaldaeus, Syriacus, et Vulgata: *qui scripti erant in libro emptionis, etc.* Quia posterior lectio prefrenda videtur, obtinente hodiè usque in Oriente more, ut instrumenta non signentur quidem, sed proprio testimoniis sigillo obsignentur. Porro scriptum illud origine ratunque sigillo ita muniebatur, ut nisi vel disrupto sigillo, contracte lino aut filo, que totum obvolvebatur, nunquam legi potuisse, eaque inita ratio est, ut omnis in litteris et subscriptionibus dolus malus praecaveretur.

Ut autem pro data occasione consuli instrumentum

posset, alterum ex autographo transcriptum, absque sigillo et obvolvitur in testa repositum servatum est, ut non obscurè in vers. 44 exprimitur: *Summe libros istos, ait ad Baruch Jeremias, librum emptionis hunc signatum, et librum hunc qui aperitus est. Duo hic instrumenta memorantur, quorum alterum ab altero, sigillo tantum originali apposito, distinguatur; ut distaret Syriacus: Accipe syngraphas istas, syngrapham hanc emptionis obsignatum, et syngrapham hanc minimè obsignatum.* Inter Commentatores quidem de numero horum instrumentorum non satis convenient. Arabicus enim unicuum tenet: *Accipe librum emptionis qui lectus fuit, et obsigna illum;* Ludovicus de Dieu in vers. 11, tria distinguit, nempe: *librum emptionis* (Sepher hammiqâ), *sigillo munatum;* alterum cui in Hebreo nomen inest *praecptum* (Hamit zeraḥ); et tertium, quod *statuta appellatur* (Hahaqim). Verum nos texti inherentes, duos tantum admittimus, eum potissimum et tertium invenire nullâ necessitate cogamur.

Quo autem syngrapha illa originalis sigillo munita est? Sunt qui anno annulo Jeremie credant; sunt qui tabellionis, ac tandem Grotius, et Prophetae et testium sigillo obsignatum assenserunt; gratis omnes. Non defuerunt, qui ad nostros mores veteres consuetudines redigentes, appensam instrumento obsignatarum bullam, publicum sigillum præ se ferentem, autuverant; vel salem eo sigilli genere clausum, qui apud nos litteræ obsignatae et brevicili solent, in quibus sive arma, sive regis ad pectus usque expressa imago cernuntur. Sed omnia haec, præterquam quoddam recentiora sunt, quācum cum veteribus quadrent, cum voce hebreâ *chatum* minimè congruunt; nihil enim sonat nisi obsignare, obvolvutum, ut in Epistolis fieri solet, aliquid habere.

Geminæ etiam à Deo traditæ Moysi tabule, divini cum populo fœderis iura continebentes, hojus consuetudinis, gemini scilicet confidendi instrumenti, ut rerum fides in judicis aque postulari constaret, argumento sunt apertissimum. His tabulis recomendas circa quatuor, quācum nos Fœderis appellamus, fabricata sunt; eaque in tabernaculo deposita, ut scilicet commodi, quoties de infidelitate atque violati fœderis criminis populus arguendus esset, tabula illa consulenter.

Moysis liber, in quo gentis historia, legum et caremoniarum canones continentur, ejusdem legislatoris iussu, ad latu ejusdem arcu, quo facilius et consili, et transcripsi potuisse, recomitus est (Deut. 31, 26). Regi enim peculiari lege injunctum à Moysi est, ut ex legis preceptis singula, quæ ad ipsum spectarent, scilicet curâ descripta apud se retineret (Deut. 17, 18). Cum vero Samuel regem Israelitum constituit, ejus rei instrumentum una cum iuribus novâ illius politie, in tabernaculo coram Domino depositum (4 Reg. 10, 26).

Quod in Jeremiâ legimus, de depositâ in vase fictili syngraphâ, ipsissimum Gracis receptum moribus observamus. Aristophanis scholiastes, ad v. *Echinos* (in Vesp. p. 355) vasi æreō sive fictili commissa trudit instrumenta, eaque omnia scripta, quibus publica in

judicis fides constare debuisse. Porro vasa illa nec olivum erat singulis recrudere, nec nisi capitali crimine confringebantur. Est etiam de eodem *Echino* apud Demosthenem et Aristotelem mentio. Ex eodem Aristophane factum scimus, ut impositis ostris et squamis sigilla custodirentur, metu no forte vel delerentur unquam, frangerebantur, vel adulterarentur (ibid., p. 474). In vase seu dollo fictili inventas legimus ab Origene versiones grecas Scripturæ, que sub quinto et sexto nomine intonsuntur.

Mos epistolæ obsignandi, quemadmodum et edita, atque tabellas, quibus Prophetæ visiones suas commitabant, tam notus est in Scripturâ quād aliquid. Isaías ad Judeos 29, 11, 12: *Erit vobis visio omnium, sicut verba libri signati, quem cū dederint scient litteras, dicent: Lege istum; et respondebit: Non possum; signatus es enim. Deus ad eundem Prophetam (Isa. 8, 16) : Ligat testimonium (nempe vel filo, vel lino obvolvite tabellas, tuis oraculis inscriptas) et signa (obsigna) legem in discipulis meis. Deus ad Daniëlem 12, 4: Claude sermones, et signa librum usque ad tempus.* Prophetarum sanè oracula veluti epistola habentur à Deo ad populum misse quas reccludenti, Dei injussu, omnibus interdicta facultas (ibidem, vers. 9): *Vade, Daniel, quia clausi sunt, signaque sermones. Nec ab his abluendis liber septem sigilli obsignantes, quem sibi in visione occurritur S. Joannes in Apocalypsi testator; ut utroque latere, extimo nempe et intimo, scriptus erat codex; sed linea panno obvolvutus, septemque obsignatis sigillis lectores avertebat. Notat Plinius lib. 33, cap. 1, bellum Trojani ævo rara adhuc ferri sigilla, quo loco epistole variis nexibus obstringebantur.*

In moribus positum fuisse apud Romanos constat, ut (vide Plaut. in Bach., Cic. in Catil. Orat. 3, et in Ver. et pro L. Flac.) epistole tabellis certa oblitis committerentur; easque panno obvolvatas ac sigillo munitas, deinde ad amicos transmittebant. Maluerunt tamen, hanc scribendi rationem in pactiōnibus, testamentis, alliisque publicis instrumentis non servatum asserere. Illa enim non raro in tabellis discrebantur; quas deinde tabellas panno obvolvotas obsignabant, metu ne forte adulterari aliquid dolo malo sive litteras quācumque demum ratione immotari contingerebant; quod sanè non operiosi fieri potuisse, nec si ab aliquo praestare, facile dolum, nisi tantum ex variâ characterum formâ (quam tamen vix animadvertis in scripturâ à calido veteratore adulteratur) deprehendi potuisse; cum aliquo ducto super characteres stylis calce, lituram ne vestigium quidem appareret. Cum tamen falsariorum callicitas has omnes artes frustrasset, eò devenient est, ut sub Nerone nova lige huic male occurrendum censemetur; quare adversus falsarios tunc primum repertum, ne tabule, nisi pertuse, ac ter lino per foramina trajecto, obsignarentur (Suet. in Nerone). Porro si de praecavendis in sigillo tantummodo fraudibus eâ lege agebantur; frustre filum tertio usque per foramina tabella traiçientem cavebant; cum verò de sartâ tectâ habenda scriptura res fuerit, consulto

cautum est, ut ducto redacto filo pannus, quo tota obvolvebatur, strictius scriptura adjungeretur. Porro in scripturâ potissimum corrumpenda falsariorum omnes artes versatas fuisse, ex eodem Suetonio intelligimus. De Tito enim hec scribit (Suet. in Tito): *Cum amanuensibus suis per ludum jocumque certantem, imitari chirographa quecumque vidisset, ac profiter se maximum falsarium esse potuisse. Cum verò in eum, quem diximus, modum instrumenta atque scriptura panno obvolvota, atque sigillo clausa custodirentur, nullus dubito quin ad omnem occasionem ex originali apographâ suppetterent. Pater natum (hinc Apuleius in Apolog.) sibi filiam more veterorum professus est. Tabulae ejus partim tabulario publico, partim domo asseruentur; porrige *Æmiliana* tabulas istas, linum consideret, signa que impressa sunt, recognoscat. Isidem moribus Greco et Romani quodam testamento potissimum censebantur (vide Laert. 1. 5 in Theophr. et Suet., etc.).* *Etiam tabulae obvolvuntur.* *Non*

Volumina ex arborum cortice vetustissimâ consuēta obtinebant, quantum ex libro Job colligimus (Job 31, 35): *Quis mihi tribuat ut... librum scribat ipse, qui judicat, et in humero meo portem illum, et circundem illum quasi coronam mihi?* Epistola Semachirib, per Rabacem ad Ezechiam misse, in hisce voluminibus descripsit videtur (Isa. 57, 14, et 4 Reg. 19): *Tulit Ezechias libros de manu munitiorum, et legit eos, et ascendit ad domum Domini, et expandit eos coram domino.*

De his voluminibus apertior est in Ps. 39, 11, in Jeremiâ 36, in Ezechiele 2, 9, et Zachariâ 6, 1, 2, sermo. Psalmista quidem scribit: *In capite libri (Hebr. in volumine libri) scriptum est de me;* ac sic Deo adductio se profiteret, veluti si per scripturam sollempne more se totum illi devovisset. Jeremias 56, in vinculis detentus, cùm populo verba facere prohiberetur, Baruch amanuensi suo quedam dictavit, coram populo in atrio templi legenda. Rex cerius è de re factus, accito ad se Baruch, tres vel quatuor paginis illius scriptore, vel, ut habet textus, tribus vel quatuor portis ejusdem voluminis coram se lectis, statim in iugno inīciò codicem imperavit. Jussa regis scribi, cultro prīus dilacerato libello, executioni mandavit. Jeremias continuo præcepit Dominus, ut librum ex integrō rescriberet. In eâ historiâ referenda, perpetuo Scriptura utitur voce *Megillath* (volumen sonat); et ea qua de cultro scribē narrantur, receptum jam tunc morem, calamo et atramento scribendi, satis demonstrant. Manet adhuc idem mos in Oriente. Optime arundines circa Dauracum ad sinum Persicum mense martio legitur. In fasciculos colligat in fimo per sex menses conduntur; ubi et obducentur, et pellucida illa superficie ex croceo atro que mixta imbununtur. *Ægyptias et Cnidias arundines, easque que in lacu Anaidē in Asia nascentur, omnium optimas habitas fuisse* Plinius, lib. 16, cap. 56, est auctor.

In eo Jeremias textu atramento usus Baruch perhibetur, *Ego scribēbam in volumine atramento.* S. Cle-

mens Alexandrinus supplicationem quandam sacerdotum /Egypti describens (Strom. lib. 6) sacerdotem induit plumis in capite ornatum, librum eum regulâ in manu tenentem, adiecto etiam ad scribendum atramento, et junco ad characteres formandos. Apud Gracos et Tureas nostrâ etiam extate non penae quidem, sed arundines ad scribendum obtinunt; quemadmodum apud Romanos olim in usu fuisse scimus.

*neque manus charte, nodosaque venii arundo.*

(Persius.)

Quoniam instrumento scriberentur volumina, nusquam in Scripturâ appareat; frequens verò de stylis pro tabellis, de quibus nos supra egimus, mentio. Porrò stylî et tabellas in vaginâ reconditae, latere appense deferabantur; vaginam Hebrei *Keset*, Graci *Graphia*-rim appellabant.

Volumina ista non tantum latere scribi consueverant, quenadmodum et critici omnes convenient, et apud Ezechielem satî indicatur 2, 9, qui volumen scriptum intus et foris, tanquam singulare describit: *Ecce manus missa ad me, in qua erat involutus liber, et expandit illum coram me, qui erat scriptus intus et foris.* Quam verò exhibent figuram priscorum volumina, Zacharias ferè depingit: *Oblatum est, ait, mihi per visum (Zach. 5, 1, 2) volumen 20 cubitis longue; 10 latum.* Non tamen omnia ejusdem amplitudinis volumina fuisse credimus, sed planè suam extitisse oportere inter codicem istum, et vulgares proportionem. Ex cortice, sive papiro /Egypti om-

nia hæc constitissa facili crediderim. Sunt qui morem scribendi in pelibus ex illo Psalmi deprehendisse sibi visi sunt: *Extends colum sicut pellem* (Psal. 105, 5); nempe extendens colum, velut volumen pelli-  
cum; sed hebraea vox aperte sonat tentorium, vel pellum tentoris conficiendis. In Tobia (Tob. 7, 16) et Esdrâ (4 Esdr. 15, 2), vox *charta* occurrit, que papyrus /Egyptiam designat. Sed cùm in Graco Tobie nihil nisi vox *Biblion* poteat, quo ex eo libro de figura atque materia codicis lantandur testimonia incertissima sunt. Sub Machabeis volumini obtinuisse (4 Machab. 5, 48) phrasis illa satis indicat: *Et expan- derunt libros legis.* Eudem morem Judgei olim J. C. aetate, et hodie usque in Synagogâ servant, ingenti bus voluminibus scriptam legem et Prophetas custodiendes. Hac apertissima Luc. 4, 17, 20: *Traditus est ei (Jesu) liber Isaiae Prophetæ, et revolutus liber, etc., et cum plenissimè librum, reddidit ministro.* Quia sanè verbo volumini ferè depingunt; quenadmodum et illa Apocal. 6, 14: *Colum recessit sicut liber involutus.* De atramento et chartâ mentio occurrit 2 Jo. v. 15, et apud S. Paulum (2 Timoth. 4, 15), volumina ex pa- pyro /Egypti, et ex membranis distinguuntur egegi: *Affer tecum et libros, maximè autem membranas.* Quanquam unicus iste textus est, in quo membranae aperi-  
tissimè exprimitur. Tabellarum etiam usus non obser- se prodit in tabellâ quam Zacharias, pater S. Joannis Baptiste, ad scribendum pueri nomen postu-  
avit (Luc. 1, 63).

## DE LINGUA PRIMITIVA ET LINGUARUM CONFUSIONE

### Dissertatio.

In variis dissitasque linguis discretos mortales homines profani scriptores animadvertisentes, veram ejus rei originem scrutaturi, varia excoquârunt systemata. Autumârunt nonnulli, sub ipsum mundi exordiū, aureum regnum tenente Saturno, non omnes homines tantum, sed et bruta etiam, pisces, aves uno eodemque sermone tanquam veracula usos (Plato in Politic. Philo de Conf. ling. p. 520). Additur in fabulis, felicitatem snam minimè intelligentes homines, missâ ad Saturnum legatione, immunem à letho vitam postulasse, minus aquam reputantes, privilegium illud, quod ultrò serpentum collatum fuerat, ut scilicet singuli annis atatem suam vetera spolia exuens in novaret, hominibus invidiri. Minus aquis auribus rem accipiens Saturnus, non postulata tantum negavit, sed panem infixit, eā idiomatis communione privatos illos volens; quod in hominum lingua dissidium mutuo se in vicem separare illos cogit.

Qui fortuito casu, sive humenti terrâ solis calore

fœta productum hominem autumârunt, in eā fuerunt persuasione (Diodor. Sicul. I. 1, p. 5 eu 80), terram ubique, quā latè patet terrarum orbis, homines effusisse, nullâ usos certâ linguarum vel signorum methodo, ut latentes cogitationes suas alii significarent; que tamen omnia temporis successu inventen homines, ne mutuâ inter se consuetudine privarentur, via inducentes vel idiomatici vel signa, prout casus, ingenium, usus in singulis tulit (Horat. Satyr. I, satyr. 5, v. 99, 100):

*Cum prosperserint primis animalia terris,  
Mutat et turpe pecus, glande atque cubitâ proper  
Ungubus et pugnus... pugnabit...*  
*Dones verba, quibus voces sensusque notarent,*  
*Nominaque invenere...*

Ab ipso rerum exordio certa indita rebus ipsi nomina putare, stoliditatem damat Lucretius (1):

*(1) Lucret. I. 5. vers. 1040. Vide et Vitruv. I. 2  
de Architectur. c. I. Primos homines sine sermonis*

*... Putare aliquem tum nomina distribuisse  
Rebus, et inde homines didicisse vocabula prima,  
Desipere est...*  
Addit idem Lucretius:

*At variis lingue sonitus natura subegit  
Mittere, et utilitas expressit nomina rerum.*

Varia haec systemata expressit ignorantia, quâ de verâ hominis origine tenebantur pagani; neque enim sive homines ex uno quodam prodiisse (Gen. 1, 26, Act. 17, 26), sive primum illus hominum parentem, quâ erat à Deo predictis sapienti singulis animantibus peculiaria nomina assignasse (Gen. 2, 19), nor-  
rant. Quâ primus ille hominum parens utebar, lingua ad filios transmissa, pura putaque sine alterius admixtione ad diluvium usque servata est; vel saltum velut accepit à primo homine depositum sancte custodiat justorum genos Seth, Enos, Laeoch, Noe. Cùm autem Noe, velut alter Adamus, novos incolas mundo daret, candem pariter, quā prior illa Adam, linguam in filios transfudit, et longè latèque cum illis propagavit. Factum inde, ut post seculum circiter à diluvio (A. M. 4757), cùm auctos plus nimio homines unus idemque locus non ferret, posceretque divisionem, sermo unus esset omnibus (Gen. 11, 1, 2): *Erat terra labii unius et sermonum corundem.*

Fatetur quidem, postremum hoc Scriptura testimoniū: *Erat terra labii unius et sermonum corundem*, varie apud variis exponi; sunt enim quâ di consiliorum inter homines ascensu exponant (1), ut communibus suffragis decretam turris novaque item urbis edificationem seorsum omnes probarent. Ille ipsam interpretationem scimus videtur Philo, quam ad allegoriam omnia detegunt de Confus. Ling. p. 522). Haec sanè phrasis, *labii unius*, cui altera respondeat, *sermonum corundem*, summum plurimum consensum exprimit aliando, ut in illo Jos. 9, 2: *Congregati sunt (réges Chananeæ) pariter uno animo, eidemque sententiâ Hebrei: Eodem ore, Septuaginta: Simil omnes.*

S. Philastrius Brixiensis episcopus (heres. 36) heresis notâ iniurâ sententiam illorum, qui ante Babylonicum terrum unum tantum vernacularum in mundo sermonem obtinuisse defenderent. Idem autem fuisse tunc hominibus, quod et Angelis, privilegium censem, ut singuli omnes callerent linguis. Sed cùm, addit, tanti doni largitor Deo minus aqua, factâ ab illo secessione, rependerent, eoque perduebillion spiritu turrim adscendandam aggrederentur, actutum linguarum oblivione multati sunt: *Oblivione immisâ à Domino, rix discere prevalent, non omnes, nec multis, sed vix paucas linguis.* Vulgo tamen Patres et interpretes, quâ Judei, quâ Christiani, de unicō in mundo vernaculari usi diu in cavernis terre ferarum instar habitasse, ac crebris nutibus, spiritu vocali et voce rudi animi sensus designasse; ac sic denum ex eadem voce de eadem re sibi repetitâ vocem articulatam, vocabula significativa ac sermonum usum oratum esse.

(1) Joan. Cleric. in Gen. 11, 1. Theologorum quorundam Holland. Sententiae. Gallicæ.  
(2) Hist. Critic. V. T. lib. I, cap. 43, 53, et Respon. ad Theolog. Holland. cap. 20.

culo sermone dictum illud Mosiacum interpretantur. Nec sanè alter obvius pronusque sensus insinuat. Lectoris sui animum ad excipiendam linguarum confusionem preparatus Moyses, illud ante animadvertisendum duxit, nimirum uno ad usque ore omnes locutos; et cum his verbis æquivocum aliquid subesse intelligeret, mentem suam aperitoribus aliis prodens subdit: *Et sermonum corundem.* Ad sententiam S. Philastrii quod attinet, illi sanè de singularitate sua prædicatam est, quippe que refragatores habet reliquos omnes Patres, contraria plâne ratione textum Mosiacum interpretantes. Quâ verò ratione linguarum ista confusio induceretur, nec satis assequinmur, nec satis inter autores convenit. Prodigio divino factum aliqui putant, ut maxime hominum portionis phantasia simul et memoria penitus inverse, notum ante sermonem in novum alium transmutarent. Hanc rerum inversionem Angelorum ministerio inductam alli- tuerunt.

Non promptam aliquam subitamque linguarum inversionem agnoscit S. Gregorius Nyssenus (Orat. 42 cont. Eunom. p. 353, 354); sed illud tantummodo Scriptura verbis insinuari opinatur, homines scilicet tandem uno sermonis vinculo coalusse inter se, quadiu uno omnes in loco subsisterunt; cum deinde in varia abeunt loca inter se dissociarentur, simul et vinculum sermonis abruperunt, suum singuli idioma sciunt, ut neque communionem habere sermonum sibi invicem possint. Porrò nihil in eâ sermonum distinctione sibi Deus peculiarare reservavit, sed omnia nature perficienda reliquit, singulis hominibus facultate permisâ, ut quâcumque malleant voces, diversa plâne ab eâ cui illuc usque asseverant, intimos animi conceputus significant.

D. Clericus (1), qui non lingarum, sed consilio- rum concordiam in textu illo Mosaicu agnoscit, in divisione pariter et confusione dissimilum animorum, non sermonis pariter invehit. Factum inde autem, ut factâ inter homines sedum et locorum distinctione, et idiomatum quoque discrimen naturâ ipsâ insinuante induceretur. Tandem Simonius (2) lingarum ad tur- rim Babylonicam confusionem non aliâ ratione ad Deum auctorem referri posse autem, quâm quod ipse Prodigies suis consilio dispositerit, ut homines per varia mundi loca dispersi vario pariter assueferent sermoni; quod nature legibus apprimè consonum est, ut quisque quomodo maxime voluerit, intimos animi sensus exprimat. Est igitur Deus sermonum distinctionis auctor eâ tantum ratione, quâd ratione utendi facultatem hominibus indicerit, unde variarum in mundo linguarum discrepantia.

Porrò tria ista systemata, in unum fermè convenientia, ut omnem prodigiū à Scripturâ insinuati rationem evant, rem maximè naturalem et simplicem mysticâ quadam et figurâ locutione à Moyse descri-

(1) In Gen. 11, et Epist. 19 Theologor. quorundam Holland. Sententiae. Gallicæ.

(2) Hist. Critic. V. T. lib. I, cap. 43, 53, et Respon. ad Theolog. Holland. cap. 20.